Cat. 187 (4.

Bücher so um 25 fl darinbe
verkauft worden

10142. — — — — 25 —
10224 — — — — 40 — 20.

NB. die Nro. 10313 — 10383 haben
alle gefehlt, die sind weggekomen
ohne daß man wüßte wo hin weg ist.

<36613896750011

<36613896750011

Bayer. Staatsbibliothek

EDV 16485

5 Bde.

11475

CATALOGUS
BIBLIOTHECAE
NUMEROSAE
AB INCLUTI NOMINIS
VIRO
HIERONYMO GUILIELMO
EBNERO,
AB ESCHENBACH rel.
OLIM CONLECTAE,
nunc
Norimbergae
Mense Maio
Ann. MDCCCXIX.
publicae Auctionis lege
diuendendae.

Quem
in hunc ordinem redegit, his literarii maximam
partem generis notationibus instruxit, hac
praefatione auxit
GODOFREDUS CHRISTOPHORUS
RANNERUS.

Volumen quartum.

Norimbergae,
A. S. R. MDCCCXIX.

TYPIS BIELINGIANIS.

B S B
MÜNCHEN

07/94/239

Q. B. V.

Praefatio.

L. S.

Quartum iam Bibliothecae Ebnerianae Catalogi Tomum edituris nobis publicam in lucem, uidetur statim in limine uera Lectoribus ratio causaque defectus alicuius, et in hoc maximam partem animaduertendi, enarranda cum iisue communicanda, praecidendo sic eripiendoque uariarum coniecturarum atque uanarum iniquarumue suspicionum ansam atque occasionem.

Subiecimus nimirum Titulis plurium scriptionum, in prioribus tribus Catalogi Voluminibus exhibitarum, notationes breuioris modo, modo longioris argumenti; idque a nobis factum eo fere consilio, ut et taedium, solis librorum titulis recitandis ac legendis creari solitum, quodam leuaretur modo, magis, adolescentium literariis ut inseruiremus studiis, quorum in tanta librorum copia in primis interest, nosse cognitosque habere atque familiares illos, quorum e dilegente atque adsidua lectione ad suamet eorumdem studia utilitas iusta eaque uaria ac multiplex sit redundatura.

Atqui ab hac ratione honesta laudabilique instituto nobis in posterum fere penitus est abstinendum, ac subprimenda id genus omnia, quae larga iam manu nostras in schedulas habemus coniecta, istis fere retentis, quae de aliquo alicuius exempli defectu Lectorem admoneant [1].

1) Excussimus exempla singula, quanta fieri potuit cura atque adtentione, et si qui defectus, in Catalogo nobis

Quam nobis legem, duram licet atque acerbam, ut scribamus, iubet Heredum Inlustrium iusta uoluntas, cui ut quouis respondeamus modo, reliqua adhuc ingens librorum describendorum copia, Catalogi Voluminum porro edendorum moles, sumtuum, in eorum descriptionem inpendendorum, magnitudo, rarus emptor, uenditio denique plurimorum, maioris, imo maximi pretii Voluminum atque Operum, longe infra pretium, iustis arbitris dudum his constitutum, posita, suadere uidentur.

Quibus rite expensis, spe tenemur, imo confidimus, fore, ut aequi rerum aestimatores de mutato remissoue hac in parte studio nobiscum non litigent, ista potius incusent, quae neglectae his, abiectaeque illis

non notati, curiosis hominibus, peracta transmissione, adhuc — re quidem uera — obseruentur, sciant illi, non nostrae negligentiae aut inscientiae, alienae potius culpae aut oscitationi, nedum, artibus malis, istos esse tribuendos.

Βιβλιοφιλίας sunt in causa, puta, temporum iniquitas, uariorum genitrix foecunda malorum, quorum in ordine non infimum tenet locum eruditi luxus fuga [1]), qualem aliis res angusta domi, aliis enormis luxuries, Lucullo, luxuriae auctori [2]), si uiueret, ipsi detestanda, aliis inscientia animique egestas inperare uidetur, qua fit, ut summum recentioris aeui scripta in notitia uersentur, laudibus celebrentur ac quouis pretio comparentur, antiquiorum istis, utpote hodieque in tanta elegantiorum omne genus scriptionum copia - si Diis placet - superfluis, posthabitis penitus atque neglectis, ut alia, quibus alii uexantur, taceamus.

1) Tacit. Annal. XVI, 18. ubi sermo de C. Petronio, qui habebatur non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu. Vid. Lipsius ad h. l. pag. 297. Ed. Antuerp. nouiss. ann. 1668. fol.

2) Vellej. II. 33. Lipsii ed. recentiss. Antuerp. 1667. fol. pag. mihi 37.

Ceterum addidimus quidem uariis adhuc scriptionibus, hoc in Vol. occurrentibus, nostras qualescumque natationes ad pag. 105. usque; id quod, hac moti ratione, existimauimus faciendum, ut, quoniam harum plurima pars supplementi uicem sustinet illarum, quas in antecedentibus Catalogi Voluminibus exhibueramus descriptas, et in his laudandis nostra, quantula ea cumque est, opera atque cura ne desideraretur. Sequentibus paginis omnino fere desiimus. Paucula, hinc inde obseruata, titulis librorum iungi curauimus, eâdem typorum formâ, quâ illi, descripta. Nec praetereundum silentio, magnam Lutheri ac Coaeuorum eius scriptionum partem inuolucris esse destitutam, plagulasue singulas filis tantum sibi inuicem nexas.

Excerpere ex illis nostris schedulis memoranda aliqua de summis aliquot in re literaria Viris, ueluti, de Grotio, Turretino, Conringio, aliis, horumue scriptis, atque sub-

iungere illa huic nostrae Praefatiunculae, nobis quidem initio fuerat constitutum. At, ne in breuitatis parsimoniaeue legem, nobis latam, peccaremus, haec subprimenda existimauimus, in aliudue tempus reseruanda.

Interim uale, Lector, atque his, quae dare non tam libuit, quam licuit, fruere.

Scripsimus Norimbergae,
uertente Mense Februar. Ann. a Christo nato 1819.

Tabula
Voluminis quarti.

P. I. continentur

Varii argumenti Scripta una cum omissis aliquot.

Scriptores Iuri publico Germanico explicando in-
lustrandoue inseruientes.

P. II. Lutheri Scripta et Coaeuorum,

quorum Continuatio Vol. quinto exhibebitur.

Adpendicula.

Vol. IV. Pars I.

Varii argumenti Scripta una cum omissis aliquot.

In Folio.

10136–38. Histoire militaire du Prince Eugene de Savoye, du Prince et Duc de Marlborough, et du Prince de Nassau-Frise – Enrichie des Plans nécessaires. Tom. I. Par Mr. Dumont – augmentée d'un Suppliment, par Mr. Rousset. a la Haye 1729. Tom. II. par Mr. Rousset ibid. eod. Tom. III. par Mr. Rousset. ibid. 1747. 13

Praestantissimi operis praestantissimum exemplum. Cernitur etenim in illo contenta descriptio maioris formae typis perquam elegantissimis exscripta, ornata praeterea multis iisque oculorum aciem mire adficientibus chartis aeneis, quae artem diligentiamque artificis satis superque testantur. Margines lati amplique. Folia ne minima quidem dehonestata labe. Integumenta horum trium Voll. omnia omnino sic comparata, ut interiori operis elegantiae quam proxime accedant. Vno uerbo, in ornamentis cuiusuis librariae conlectionis opus hoc uniuersum nobis uidetur non immerito, iure potius ponendum optimo.

10139. Variarum tabularum in aere incisarum conlectio, uno Volumine comprehensa. 2

Praestantia, raritate, arteue admodum insignis conlectio. Omnes ac singulae tabulae repraesentant non

uaria solum, sed multa etiam, quae non sine admiratione conspiciuntur, personas memorabiles, urbes ac regiones, quondam et ex parte hodie adhuc florentes, Obeliscos atque Pyramides ob altitudinem aedificiique excellentiam, ob eorumque nomina, quibus primitus fuere dicati, satis hodie adhuc celebres, notatuque dignissimas. Et hae tabulae omnes proficiscuntur ab artis sculpteriae scientissimis, eaque de causa per orbem fere uniuersum famosissimis artificibus, eiusmodique uiris merito suo laudatissimis suam debent originem. Insunt, ut nostram sententiam uno alteroue tantum roboremus inlustremusue exemplo, statim ab initio b. Virg. Mariae lineamenta, sic ducta atque elaborata, ut oris suauitas summa, oculorum in terram inclinatorum moderata acies, manuum complicatio, precibus piisue meditationibus eam intentam demonstrans, quemuis spectatorum eius in admirationem rapiant. Quae elegans et expressa delineatio debetur F. Poilly, qui sculpendo eam exarauit, dein priuilegio Reg. munitam in publicum datam. Inest porro elegantissima Basilicae Vaticanae tabula a G. G. de Rossi in aere expressa Romae, quod ad eius partes uniuersas. Insunt uestigia s. potius rudera Templi Pacis, Templum Solis, Thermae Diocletiani etc. sculptore Isr. Syluestro. Inest Obeliscus ab Imp. Ant. Caracalla Romam aduectus — ab Innocentio X. A. S. 1651. translatus, instauratus, erectus. Sequuntur Columna Trajana, Antonina — Sepulchrum C. Cesti Epulonis — omnium uetustissimum Romae ꝏ. D. XLVIIII. A. S. excudebat iterat. Nicol. van Aelst formis. — Capitolii Romani uera Imago. ut. nunc. est. ann. 1650. in Roma I. Rossi — Theatrum s. Coliseum Romanum — imprimente Iac. de Rossi — Alexandri M. Bucephalus, aut. Nic. uan Aelst — Herculis signum Gliconis Atheniensis peritissimi artificis manu fabre factum — Verum iam satis, nil amplius addituri, praeter haec paucissimis notanda; inesse adhuc plura alia, ad Romam sese referentia, ex ultima fere

antiquitate repetita, oculisque talium monumentorum curatius inspiciendorum cupidis his in praesentis conlectionis tabulis ubertim proposita — Voluminis conditio optima.

10140. Conlectio tabularum, in quibus delineatae Hollandiae urbes, maxime uariis de causis celebres, quasue excudit Iac. Allardt, Amstelod.

Conlectio haec non admodum quidem copiosa, at praestans ualde reperitur. Constat etenim tribus et uiginti mappis; quae tamen omnes simul sumtae, si quod res est, dicere uelimus, melioris, imo optimae notae reperiuntur. Sculptoris nomen iam eis est ornamento, quas praeterea caeli, quo elaboratae, elegantia, consummata fere singularum, minimarum adeo partium elaboratio, adcurata locorum, urbium, fluuiorum, marium notatio typorum elegantissimis facta formis, et quae sunt reliqua, summopere commendant. Nobis adstipulabitur, quisquis umquam hanc conlectionem propriis uersatus fuerit manibus, suisue subiecerit, ad adcuratiori modo eam considerandam, oculis. Exhibetur in h. Conlectionis tab. I. Amstelodamum, delineatum op. Car. Allardt. In tab. II. Lugdunum Batauorum sic ultimo amplificatum Tab. III. repraesentatur Haga-Comitum. Tab. IV. delineat Roterodamum. Tab. V. Nouiomagum describitur. Tab. VI. Delfi Batauorum monstrantur. Tab. VII. Alcmariam continet expressam. Hornanae rei publicae descriptionem continet Tab. VIII. In tab. IX. expressa delineatio Edami. Tab. X. Trajectum describitur. In reliquis tabulis Berghen op Zoom, Groeninga et s. p. Cuiuis talium conlectionum studioso amantique homini optimo commendare hoc praesens exemplum ualemus, tabulae etenim singulae adparent purissimae et ne minimo quidem laborant uitio.

10141. Ioa. Kupezky Imagines et Picturae, quotquot earum haberi potuerunt, antea ad quinque Dodecacades arte, quam uocant nigra aeri incisae a Bernh.

Vogelio, iam uero similiter continuatae opera et sumptibus Valent. Dan. Preisleri. 1745.

In hoc Vol. conspicitur series tabularum aenearum, quae illarum autoribus summorum artificum laudem iam dudum apud coaeuos conciliarant, inter nostri aeui homines, harum certe rerum, artis ingeniiue plenissimamarum peritos adhuc conciliant, interque omnium futurarum aetatum homines conciliaturae sint. Exemplum, quod emtoribus exhibemus, optime cuiuis inspicienti deprehenditur constitutum. In fine adiectus Syllabus, describens personarum tam mascularum quam feminearum nomina, quarum effigies hac in conlectione inueniuntur quam elegantissime delineatae.

10142. Academie de l'espée de Girard Thibault d'Anvers ou se demonstrent par Reigles mathematiques sur le fondement d'un Cercle mysterieux la Theorie et Pratique des vrais et iusqu' a present incognus secrets du maniement des Armes a pied et a cheval. 1628.

Opus non ab eius argumento solum sed et ab ipsius praestantia, raritate, insignique pretio commendandum. Cuiuis Sectioni praemissa tabula elegantissime delineata, floridisque coloribus tecta, harumue non parua copia. Textus ipse maioris formae typis descriptus. Statim ab operis initio, nimirum primi folii pagina auersa legitur D. Heinsii in h. aut. Gladiatoriam artem epiphonema. Sequuntur dein octo folia, in quibus insignia elegantissime expressa, atque pulcerrimis coloribus obtecta exhibentur. Adnexa leguntur porro compendia Priuilegiorum, Autori operis clementissime concessa. Haec excipit tabula quaedam generalis, in qua Praecognita huius gladiatoriae artis exhibentur proposita, eximie coloratis figuris. Ceterum itur per partes, omniaque demonstrantur explicanturue fusiorem in modum. Vniuersum opus, ut et hoc addamus, absoluitur Partibus s. Libris duobus, quorum prior tabulas XXXII. posterior autem tredecim

continet. — Vniversum uolumen eiusmodi conditionis, ut omnis fere labis expers reperiatur.

10143. Conlectio tabularum nigra, ut uocant, arte aeri incisarum. 1. 59.

Sunt harum tabularum aenearum XXI. quas Ioh. Mart. Schuster pinxit, Chr. Weigel excudit, Ioh. Kenkel fecit. Inscriptum est opus artificiosissimum Ioa. Ad. Geudêro et Christophoro Theoph. Volcamer per Io. Mart. Schuster. — Exemplum optime seruatum.

10144–46. Leben und Bildnisse der grosen Deutschen, von verschiedenen Verfassern und Künstlern. Herausgegeben von Ant. Klein B. I. Mannh. 1785. B. II. ibid. 1787. B. III. ibid. 1791. 3. 30.

De hoc excellenti sumtuosoque opere, quod non solum argumentum, narrandique ratio, sed et tabularum aenearum praestantia cuiuis commendant harum rerum perito, quodue optime seruatum reperitur, si quis plura noscere uelit, ei adeunda Bibl. uniuers. germ. quae prodiit Berolini, P. 108. pag. 233. sqq. — Exemplum chartâ inuolutum, omnisque adhuc secturae expers.

10147. Theatrum bellicum a Carolo II. ad Carolum III. usque. Delineauit et edidit Petr. Schenk. Amst. 1709. — 24.

Conlectio, tabulis aeneis, rubro colore expressis XVII. constans, quibus adiectae necessariae, at compendiose factae, imaginum omnium, admodum uariarum, descriptiones, exaratae belgica lingua romanaque. Volumen uniuersum eiusmodi conditionis atque habitus, ut ne minima quidem pars desideretur, omnemque omnino respuat maculam.

10148. Vuë generale de la Maison de Zuylesteyn avec les vuës particulierres de ses Iardins et Plantages – Dessiné au Naturel, et Gravé par Daniel Stoopendael. A Amst. chez la Veuve de Nicolas Vischer. — 26.

Continet haecce conlectio elegans folia XXII. in quorum unoquoque expressae binae figurae, quarum descriptio singulis statim subiecta. Exemplum purissimum.

10149. Descriptio urbis Amstelodami adcurata plenaque, in qua omnia huius urbis notatu dignissima per uarias easque multas tabulas in aere incisas oculis subiecta exhibentur.

Constat uniuersum opus tabulis aeneis XXXVI. eleganter satis elaboratis. Exemplum omni fere labe carens.

10150. Curia Hollandiae interior – exterior – c. aliis, ad Amstelodamum sese referentibus tabb. aen.

Sunt tabulae decem, quae in hoc Vol. numerantur, optimae conditionis.

10151. Geographische Carten von gantz Teutschlandt, woriñen – geschriben wirdt, was Ihr K. Mayt. zu Schweden und dero Allyrten, bei dem A. 1648. Iahrs zu Münster und Osnabrugt getroffenen Frieden Schlufs, auff dem Teutschen Boden etc. etc.

Constat hic libellus, formae obliquae, una mappa geographica et foliis quinque, quae typis maioris et minoris ordinis expressa continent, quae in libelli titulo sunt notata.

10152. Geographica Prouinciarum Sueuiae descriptio. Schwaben in XXVIII. übereintreffenden Tabellen vorgestellet durch I. Chrstph. Hurtern. Augsb. Bey Hanfs Georg Bodenehr Kupferstecher.

10153. 54. Tableau Général de l'Empire Othoman. Tom. I. a Paris, de l'Imprimerie de Monsieur 1787. Tom. II. Par M. de M*** D'Ohsson. ibid. 1790. c. figg.

Opus ab insigni praestantia, argumenti dignitate, styli elegantia, rerum copia ac uarietate, tabularum in aere incisarum adfabre delineatarum magnificentia commendandum, imo harum rerum cupidis hominibus dudum commendatum in uariis eruditorum Diariis, compositis ab autoribus eruditonis laude atque iudicii grauitate cum maxime florentibus. — Omnia omnino his in Voll. sunt quasi in unum horreum congesta, iustoue

disposita ordine, quae doctis hominibus hoc de Imperio scitu cognituue digna uideantur. In his linguarum periti, historiarum studiosi, antiquitatum amantes, institutorum morumque huius gentis adcuratius cognoscendorum cupidi, Sacrorum huic genti propriorum diligentes scrutatores, Literaturae dediti et apud exteros cultae, de populi istius genio, festis, locis sacris, cultu, uitae ratione omni, eorumque in scientiis, Philosophiae puta, Medicinae, Grammatices, profectu, solliciti — uno uerbo, omnes omnino ac singuli eruditorum ordines satis superque inueniunt, quae ad anquirendam, promouendam augendamue satis iam amplam de his rebus cognitionem omni conducere sibi ualeant ratione. Verum his Voll. legendis non animus tantum nutritur, sed oculis, ut hi quoque suauissime adficiantur, sufficienter prospectum. Typorum forma est elegantiae plena, chartae folia robusta nec uulgaris albedinis. Margines latissimi. Et quod magis est, insertae unicuique horum Voluminum reperiuntur tabulae aeri incisae, quarum praestantia atque elegantia omnium admiratione uidentur dignissimae. In his omnia, de quibus in contextis sermo, ita uiuide delineata, ut ea inter nobis praesentes uersari uideamur. — Exemplum nostris in scriniis seruatum fere nouitatis prae se fert speciem. Omni etenim sectura adhuc caret. Inuolutum est charta conglutinata densissima. Dorsum Vol. primi tantum detritum, facile reparandum. Reliqua sana, omnisque maculae expertia. In numero sumtuosorum operum hoc esse ponendum, quiuis coniectura adsequi, nobis etiam non monentibus, poterit. — De opere ipso eiusque Vol. I. legi meretur Allgem. Lit. Zeit, ann. 1788. B. I. nr. 59. it. allgem. deutsche Bibl. B. 87. S. 533. seq.

10155. Kurtzer Begriff der Anatomie worinen – die nöthigsten Stücke der Osteologie und Myologie in XIX. Kpfrtabellen enthalten – Herausg. von Ioh. Ad. Delsenbach. Nebst Vorr. D. Christ. Iac. Treu. Nurnb. 1733. — 36.

10156. Von der wundersamen Macht der Muskuln – aus Borell's Werk von der Bewegung der Thiere im Auszug – von Silvester Heinr. Schmidt. 1706.

10157. Tapisseries du Roy – Königl. Französische Tapezereyen. Oder Sinn-Bilder, in welchen die 4 Element samt den 4 Iahrzeiten neben den Denksprüchen – A. d. Original-Kpfrn – d. Ioh. Vlr. Kraufs. Augstb. 1687.

10158. Memoires pour servir a l'intelligence des differens survenus a l'occasion de la clause inserée dans le 4me art. de la Paix de Rysvic ann. 1679. MSpt.

Volumen non typis expressum, sed calamo elaboratum, sic, ut lectu neutiquam cognoscatur difficile. Est quoque optime seruatum, integumento chartaceo satis crasso circumdatum, textusque omnis, ubi erratum, adcurate correctus. Volumen nequaquam parui aestimandum.

10159. Conlectio aliquot tabularum sculptarum. P. Decker inu. del. Ioh. Christph. Weigel exc. Ios. a Montalegre sc.

Sunt sex omnino tabulae compactae atque seruatae satis bene.

10160. Die aus der Arithmetic u. Geometrie heraus geholten Gründe zur Menschlichen Proportion – durch G. Lichtenstecher. Nurnb. 1746. c. tab. XIV. aen.

10161. Fasciculus rariorum – uarii generis quae collegit et – aeri ad uiuum incidi curauit atque euulgauit Basil. Besler. Norimb. 1616. Form. obliq. C. Continuatione, cuius Προσφωνησις praemissa subscriptum habet ann. 1622.

10162. Obeliscus Constantinopolitanus oder kurtze Erklaerung des zu Constantinopel - stehenden, auch in der Nürnb. Vorstadt Gostenhof nachgehauenen und aufgerichteten Obelisci zu einem Anhang der Nürnb. Hesperidum. Von I. C. V. c. tab. aen.

10163. L'instruction du Roy en l'exercice de monter a cheval. Par Messire Antoine de Pluvinel. Reitkunst – ins Hochteutsche vbersetzt, mit 60 Kpfrn.–

an tag geben durch vnd in Verlag Matth. Merians. Getr. zu Franckf. am Mayn. Bey Erasm Kempffern 1628.

Exemplum operis non ubiuis obuii bene satis seruatum, usu quidem tritum, at neutiquam detritum. Constat tribus partibus, quarum quaeque sat multis tabulis elegantissime delineatis, aut. M. Meriano, famosissimo artifice laudatissimoque, cernitur instructa. Textus folia duabus constant columnis, in quarum priori lingua gallica, in posteriori sermone teutonico legitur expressus. Omnia contextus et tabularum aen. folia omnino pura et uel minimae labis prorsus expertia.

10164. Grundtliche Darstellung der Fünff Seüllen wie solche von dem Weitberubmbten Vitruuio Scamozzio vnd andern Vornehmben Baumeistern zutsamben getragen vnd in gewisse Aufstheillung verfasset worden. Anjetzo aber mit Schönen Grundtrissen Lusthäufsern Capellen – aufs Lieb zue denen Kunst-Liebhabern – zusamben gebracht auf Hundert vnd mehr Kupffern radirt vndt Vorgestellet durch Abrah. Leuthner von Grundt Burger vnd Maurer Master d. Königl. Newen Stadt Prag. 1677. —— 15.

Integrum Voluminis exemplum atque omnino seruatum optime. Columnis aliquot eleganter satis delineatis atque ab operis uniuersi initio positis adiecta explicatio literis minusculis addita. Figurae et literae, ubi adsunt, omnino omnes, in aere incisae.

10165. De astronomica specula domestica et organico apparatu astronomico Libb. duo Reginae dicati a Ioa. Iac. Marinonio, Patricio Vtinensi – Vienn. Austr. 1745. c. tabb. aen. —— 40.

Eximium opus, raro satis, apud nos certe, obuium, atque sumtuosum, quamquam omnibus scientiae huius, quam tractat, non satis commendandum. Textus chartarum foliis splendidis, typis maioribus expressus, copia neutiquam parua tabularum in aere quam elagantissime incisarum instructus, omninoque sic integrum, purum, bene seruatum exemplum reperitur, ut nouissime ex of-

ficina libraria nostra in scrinia uenisse, atque haec illo aucta esse uideantur.

10166. Perspectiva, pes picturae. D. i. kurtze und leichte Verfassung der practicabelsten Regul zur Perspectivischen Zeichnungs-Kunst. Th. I. von Ioh. Iac. Schübler. Nurnb. 1719. Th. II. ibid. 1720. c. tabb. aen.

Exemplum notissimi operis optime constitutum et fere nouum.

10167. Gazophilacium rerum naturalium e Regno Vegetabili, Animali et Minerali – fidelis c. figg. aen. ad uiuum incisis repraesentatio. Op. Mich. Rup. Besleri. Ann. 1642.

10168. Gazophylacium rerum naturalium e Regno Vegetabili – c. figg. aen. op. M. R. Besleri. Lips. et Francof. 1716.

Editio antecedentis operis recentior. — Vtrumque exemplum optimae conditionis.

10169. Gesneri Thierbuch, bes. von den Vögeln. c. figg.

Mancum uidetur hoc opus. Nam titulo caret. Reliqua integra. Figurae in ligno incisae adparent in primis magnae nec spernendae formae. Exemplum nostrum sine integumento, sine sectura, chartae tantum inuolutum et sic filis iunctum reperitur.

10170. Theoria et praxis Artilleriae. od. Deutliche Beschreibung der bey itziger Zeit bräuchlichen Artillerie – durch Ioh. Siegm. Buchnern. Nürnb. Gedr. daselbst bey Christ. Sigm. Froberg. 1685. c. tabb. aen.

10171. Artilleriae recentior Praxis. od. Neuere Geschütz Beschreibung – von Mich. Miethen. Frankf. u. Leipz. 1684. c. figg.

10172. Künstliche Abriss allerhandt Wasserkünsten etc. etc. durch Iacobum de Strada a Rosberg. Nunmehr durch den Truck publicirt – durch Octavium de Strada a Rosberg. Gedr. zu Franckf. am Meyn durch Paul. Iacobi 1618. c. figg. aen. iisque non inelegantibus.

10173. Epistola de D. Friderici V. Roman. Imper. Symbolo elementario A.E.I.O.V. – perscripta a Christ. Gotl. Schvvarzio. In fine 1716. —— 10.

Adjecta huic scriptiunculae, quae unius folii paginis terminatur, tabula aenea. Sine omni integumento reperitur, ita nude, ut e tabernis librariis prodeunt in publicum Volumina.

10174. Projet d'une nouvelle methode pour dresser le Catalogue d'une Bibliotheque selon les matieres, avec le Plan. Sec. edit. augmentée – a Paris 1698.

Constat opusculum foliis maximae formae VI. chartaceoque tantum tegmine gaudet.

10175. 76. Fr. Phil. Florini Oeconomus prudens et legalis od. klug- und Rechts-verständiger Haus-Vatter in IX. Büchern. Mit rechtlichen Anmerkk. durch I. Chr. Donauer. Nurnb. 1705. – Eiusd. Oeconomus – continuatus – in V. Büchern. Ibid. 1719. c. figg. aen. 3 ——

Exemplum notissimi scripti optime seruatum.

10177. Abhandlung der Porte-Chaises od. Trage-Sänfften durch Menschen od. Thiere in allen 4 Welt-Theilen – mit Vrkunden und Kpfrn von C. Christ. Schramm. Nurnb. 1737. —16.

Exemplum sine omni sectura, optimeque conseruatum.

10178. De Monomachia s. Duello. Auth. Greg. Carafa. Romae exc. Mascardus 1647. 1. 15.

Scriptum non raritatis tantum nomine, sed ob rerum copiam quoque laudandum. Argumentum, quod in hoc Vol. ab autore pertractatur, omni fere ex parte consideratur, excutitur, nec sine grauissimorum uirorum testimoniis, ad suam ipsius sententiam roborandam tuendamque dimittitur. Quae temporibus posterioribus hac de re scripta et in publicum fuere data, ea ut cum huius scriptoris placitis conferant, ueritatemque rationi sanae Oraculisue sacris quam maxime consentaneam inde eruere conentur, sunt in primis commendanda istis ho-

minibus, qui tali furore in suam ipsorum aliorumue uitam tam iniquo correpti, non in supprimendo, sed in persequendo eo, ueram laudem esse positam sibi habeant persuasum. — Exemplum nostrum optime seruatum cernitur.

10179. Vtriusque Cosmi Maioris sc. et Minoris Metaphysica, Physica atque Technica Historia in duo Voll. - divisa. Auth. Rob. Flud alias de Fluctibus - Tom. I. Oppenh. 1617. c. figg.

De Vol. II. uid. quae sub finem operis addita a Typographo leguntur. Prodiit Tom. II. Oppenheim. 1619. uti uidere est ex Bibl. Bunau. Tom. II. pag. 1765. a. qui uero nostris in scriniis desideratur.

10180. Uranies Noricae Basis astronomico - geographica s. Ciuitatis Norimbergae situs Geographicus - op. Ioa. Phil. Wurzelbaur. 1697. c. tabb. aen.

Optimae conditionis exemplum.

10181. Stabilimentum Baseos Uranies Noricae - a Io. Phil. a Wurzelbau. Norimb. 1713. c. tabb. aen.

Seruatum optime et fere nouum Volumen.

10182. Petr. Bellugae - Speculum Principum c. additt. et commentariis D. Camilli Borelli. Bruxell. 1655.

10183. Vtilissimo Trattato dell' acque correnti diviso in tre libri - dal Cavalier Carlo Fontana - in Roma. 1696. c. figg. aen.

Exemplum scripti apud nos satis rari optime conseruatum.

10184. Opera mathematica Ioa. Schoneri Carolostadii in unum Vol. congesta - Impr. Norinb. in off. Ioa. Montani et Vlr. Neuberi 1551. c. figg.

Purissimae conditionis exemplum omninoque conseruatum optime.

10185. Kreutterbuch - D. Petr. Andr. Matthioli - gemehret durch Ioach. Camerarium - sampt 3 Registern. Franckf. am Mayn 1586. c. figg.

Figurae operi insertae sunt uariis ornatae coloribus, prouti figurarum uarietas, rerum iis expressarum natura secum fert. — Bene seruatum sat rari uoluminis exemplum.

10186. Naauwkeurige Beschryving der Aard-Gewassen – door den Heer Abrah. Munting – te Leyd. t'Vtrecht 1696. c. figg. tab. 1. 30.

Exemplum purissimum. Figurae, quarum sat magnus numerus, quique ad 243. adsurgit, elegantissimae. Opus nostris certe in terris satis infrequens ac raro admodum obuium. In fine operis additus adparet: Blad-Wyzer van de Namen der Boomen, Planten — in de Neederlandsche, Latijnsche, Hoogduytsche, Fransche en Italiaansche Spraaken s. Index descriptarum arborum, plantarum et s. p. locupletissimus. Vbinam harum rerum uere peritus, qui non habeat in uotis possessionem eiusmodi operis praestantis, ut adcuratius illud inspicere, atque antiquiorum temporum notitias cum his posteriorum, nostri inprimis, sese perquam distingentis, copia rerum nouiter uel in hac parte inuentarum sagaciterue detectarum, conferre eoque melius nostri aeui felicitatem non sine ratione praedicare ualeat, repetendo saepius haec: O me felicem, cui prouidentiae beneficio nunc uiuis interesse, eiusmodi institutione frui, lumineque literarum, quo hodie omnes fere perfusae, fruendo gaudere contigit!

10187. Anmuthige Vorstellung, wie von geschickter Tischler, oder Schreiner Arbeit, nach der neuesten Façon. Sechserley wohl proportionirte Comode, Waesch, Curiositäten und zierliche Stuben-Schränke zu verfertigen etc. – von Ioh. Iac. Schübler. Nurnb. 1738. form. obliq. c. tabb. aen.

10188. Perspectiua. Corporum Regularium. D. i. Ein fleyssige Furweysung, wie die Fünff Regulirten Cörper – durch einen sonderlichen, newen – weggar künstlich inn die Perspectiva gebracht – durch — 51.

Wentzeln Iamitzer, burgern und goldtschmid in Nurnb. 1568. c. tabb. aen. permultis.

Exemplum purissimum. Tituli folium tantam ob uoluminis antiquitatem penitus fuligine tectum reperitur, quae tamen huius lectori ne minimum quidem adfert impedimentum.

10189. Bericht, wegen de Nieuw-Geïnventeerde en Geoctroyeerde Slang-Brandspuiten: Uitgevonden door Ian en Nicolaes vander Heiden. t'Amsterd. 1677.

Praestans exemplum, charta colorata circumdatum, instructum tabula, aeneis laminis expressa, quam elegantissima.

10190. Hesperides s. de malorum aureorum cultura et usu Libb. IV. Ioh. Bapt. Ferrarii Senens. e Soc. Ies. Romae 1646. c. tabb. aen.

Rarissimum elegantissimum, literatura prisca refertissimum Volumen. Tabulae in hoc obuiae non uulgaris deprehenduntur artis atque admodum plurimam certe partem exquisitae. Prodiit hocce opus egregium ex Typographia Vitalis Mascardi. Omnia, in hoc Vol. distinguenda, ita comparata, ut in manentem et autoris et typothetae et sculptoris tabb. aen. laudem atque honorem cessatura indesinenter non sine ratione uideantur. — Exemplum optimae conditionis.

10191. Sciagraphia artis tignariae od. nützliche Eröffnung der sichern fundamentalen Holz-Verbindung bey dem Gebrauch der Zimermañs-Kunst – von Ioh. Iac. Schübler. Nurnb. 1736.

Tabularum aen. sub operis finem additarum sunt XIX. Elegans opus et charta scriptoria typis expressum.

10192. Synopsis Architecturae ciuilis eclecticae od. kurtzer Entwurff – von dem ganzen Vmfang der Civil-Bau-Kunst – von Ioh. Iac. Schübler. Nurnb. 1732. Continuatio I – IV. c. tabb. aen.

Exemplum optimae notae, at titulorum folia aliquot maculata.

10193. De orbis catoptrici s. mapparum mundi principiis, descriptione ac usu Libb. tres. Ed. alt. auth. et recognitore Iac. Severtio Belli-locensi. Paris. 1598. c. figg.

Scriptum uetustius, at eo memorabile magis, quod satis raro obuium, in quam plurimis librorum conlectionibus, adeo in Catalogo Bibl. Bünauianae, desideratur. — Exemplum, quod emtoribus exhibemus, est quidem usu tritum, at intus omnino purum.

10194. 95. Nurnbergische Hesperides od. gründliche Beschreibung der edlen Citronat-Citronen- und Pomeranzen-Früchte – in Kpffr. gestochen in IV. Theilen – beneben der Flora – von Ioh. Christph. Volkamer. Tom. I. Lib. I–IV. Nurnb. 1708. – Continuatio s. Tom. II. P. I–IV. ibid. 1714.

10196. Hesperidum Norimbergensium s. de Malorum citreorum, Limonum Aurantiorumque cultura et usu Libb. IV. c. iconibus in aes incisis – Tom. I. Lib. I–IV. Quibus subiuncta Flora – Auct. I. C. V. Omnia e lingua Germ. in Lat. nunc translata. Norimb.

10197. Nurnbergische Hesperides od. Beschreibung u. s. w.

Eamdem editionem modo laudauimus ad num. 10194. 95 ubi tamen duo Tomi; hic autem prior tantum. Omnia omnino h. operis notissimi editt. uariarum exempla, tam originalem textum, quam Versionem latinam exhibentia, optimi reperiuntur conditionis, praeterea eleganti figurarum aen. copia ornata.

10198. Parnassus medicinalis illustratus. Od. Ein neues – noch nie gesehenes Thier-Kräuter – und Berg-Buch sampt der Salernischen Schul. Cum Commentar. Arnoldi Villanouani – in IV. Theilen – u. m. 1200 Figg. – durch Ioh. Ioach. Becher. Vlm 1663.

Purissimum operis rari exemplum.

10199. Ein new Kochbuch – durch M. Marxen Rumpolt. Franckf. am Mayn 1604.

10200. Das Schach- oder König-Spiel. Von Gust. Seleno. In 4 Büchern mit Kpfern und dem sehr alten Spiel

genandt Rythmo – Machia. Lips. 1616. In fine sic legitur: Leipz. gedr. durch Lorentz Kober. Bey Henning Grofs den Iüngern zu finden. Im Iahr 1616.

Laudatur merito tamquam rarissimus hicce liber a Vogtio in Cat. libb. rarr. pag. 619. praeeuntibus Serpilio in l. von raren Büchern pag. 349. seqq. et Iac. Burquardo in Historia Biblioth. Aug. Vuolfenbuttel. pag. 65. seqq. At in anni notatione b. Vogtius uidetur errasse. Ponit enim ann. quo editus liber, 1617, cum tamen, ut e nostro patet exemplo, quod prae oculis habemus, ponendus fuisset ann. 1616. Exemplum nostrum purissimum omninoque conditionis optimae.

10201. Neu-eingerichtete Material-Kamer – von G. N. Schurtz. Nurnb. 1672.

10202. G. Sim. Winteri Hippiater expertus od. wohlerfahrner Rofsarzt – Norimb. 1678. c. tab. aen.

Teutonica et latina lingua conscriptus editusque hic liber optime seruatus, cuius singulorum foliorum paginae in duas diuisae columnas, quarum altera latinum, altera teutonicum exhibet textum.

10203. Beschreibung aller furnemisten Mineralischen Erzt vnnd Bergwercksarten – durch Lazar. Erkern. Franckf. am Mayn 1629. c. figg.

Opus non negligendum, cuius exemplum, quod nobis prae manibus oculisue, integerrima gaudet conditione.

10204. Berckwerck Buch – durch G. Agricolam in Lat. beschriben in XII. Büchern – und durch Phil. Bechium verteuscht – Franckf. am Mayn 1580. c. figg.

Exemplum integrum et optimae conditionis.

10205. Aufgang der Artzney-Kunst – von Ioh. Bapt. von Helmont. Sulzb. 1683.

Lingua belgica primitus scripsit autor hunc librum. Dein transfusus fuerat in linguam germanicam, adprobante iuuanteque autoris filio Francisco Mercurio ab

Helmont,

Helmont, uarieque auctus. Helmontiana in raris censenda, uti notum, quaeque non sine παραδοξοις. — Exemplum nostrum optime constitutum. — Ceterum uid. Catalog. Vogt. it. Bibl. librr. rarr. uniuers. Tom. II. p. 88. sq.

10206. Ein new Arzney Buch - durch Iac. Theod. Tabernaemontanum. Newst. a. d. Hardt. 1588.

Optime seruatum exemplum.

10207. Psalmodia h. e. Cantica Sacra ueteris Ecclesiae selecta - collecta et breuibus Scholiis illustrata per Luc. Lossium, Luneburg. c. praefat. Phil. Melanthonis. Noriberg. ap. Gabr. Hayn, Ioa. Petrei Generum. 1553.

Volumen, non admodum frequenter obuium, constat Libris quatuor et Indice sub finem addito. Notationes margini foliorum literis minusculis non inelegantibus adiectae. — Exempli nostri conditio optima.

10208. Opusculum equestre Christoph - Enochs von Wildenstein Eq. Franc. Gedr. zu Bayreuth ann. 1666.

Optime conseruatum Voluminis exemplum, quod sex figuras s. potius figurarum tabulas, in ligno eleganter incisas, continet, sub operis finem in huius inlustrationem adiectas.

10209. Des unvergl. Archimedis Sand-Rechnung - Aus dem Griechischen von Ioh. Chrstph. Sturm. Nurnb. 1667. c. figg.

10210. Io. Chr. Sturmii Architecturae militaris tyrocinia - Altd. Nor. 1682. c. figg.

10211. a) Typus Eclipseos Lunae totalis, quae ann. Chr. 1685 - contigit c. obseruatt. G. Christph. Eimmarti c. tab. aen.

b) Eclipsis Lunae totalis cum mora obseruata Norimb. Ann. 1685. - a Ioh. Phil. Wurzelbaur. c. tab. aen.

10212. Aureoli Phil. Theophrasti Bombasts von Hohenheim Paracelsi - Opera - in Truck gegeben durch Ioa. Huserum, Brisgoium in X. Theilen. Ietzt von newem vbersehen, mit etlichen - Tractaten

gemehrt u. in zwen Tomos vnnd Theil gebracht sampt Registern. Strafsb. 1616.

Opus mancum, quod priorem tantum Tomum continet, altero deficiente. Exemplum usu ualde tritum. — Ceterum iis, quae b. Vogtio adnotata leguntur in Cat. pag. 674. de Paracelsi opp. — addenda haec nostra editio, ibi omissa.

10213. Wohlgegründer Gegenbericht mit ahngehefter Wahrhaffter Information, auff den vor der Zeit durch die Bischoffliche Würtzburgische Rähte, wider die Herren Graven zu Löwenstein und Wertheimb aufsgesprengten vermeinten bericht – Gedr. zu Wertheimb durch Ludw. Lochnern. In fin. 1617.

Optima nostrum exemplum conditione gaudet.

10214. Ioh. von Beverwyck allgemeine Artzney in dreyen Theilen. Mit Kpfrn. Aus dem Holl. Franckf. am Mayn 1674.

10215. Aur. Philip. Theoph. Paracelsi Bombast ab Hohenheim Opera omnia – tribus Voll. comprehensa. Geneu. 1658.

Vid. notatio supra ad num. 10212. addita, ibique laud. Vogtii Cat. ubi et haec inserenda praestans ac rara editio, cuius exemplum, quod nos possidemus, omni ex parte optime seruatum, imagineque Paracelsi, in aere expressa, ornatum reperitur.

10216. Ioa. Eusebii Nierembergii – Historia Naturae, maxime peregrinae Libris XVI. distincta – Antverp. 1635. c. figg.

Scripti rarioris exemplum optime conseruatum, omninoque integrum. Figurae, quarum non paucae, inter contextus lineas occurrunt positae, nec sine elegantia, ut coniectu facile de libro, qui e typographeio Morelliano in lucem prodiit.

10217. Lexicon pharmaceuticochymicum lat. germanicum et germ. latinum – edit. nouiss. auth. Ioh. Christph. Somerhoff. Norimb. 1713.

10218. Cursus Philosophiae eclecticae – XXXVII. tabb. et II. tabb. figg. aen. delineatae a Iac. Wilh. Feuerlino. Altd. et Norimb. 1727.

10219. Genealogie der hohen Grafenhäuser im Fränckischen Cräyse – von Ioh. Gottfr. Biedermann. Th. I. Erlang. 1745. — 12.

10220. Genealogie der hohen Fürstenhäuser im Fränckischen Crayse – von I. G. Biedermann Th. I. Bayr. 1746. — 12.

10221. Le premier liure de la Cronique du tresvaillant et redoutè Dom Flores de Grece, svrnomé le Chevalier des Cignes, second filz d'Esplandian, Empereur de Constantinople. Histoire – mise en Françoys, par le Seigneur des Essars Nicolas de Herberay. Acuerdo Oluido. a Paris. 1552. c. figg. 12. 12.

Exemplum omnino purum.

10222. Lexicon Ebraicum, particula operis polyglotti Hutteriani, adscriptis eadem typorum forma, qua in illo, et Lexico subiectis aliquot uersibus Biblicis, e Psalmorum libro desumtis, duplici literarum genere, pleno alio, alio uacuo, ad eo facilius inueniendas uocum radices tironibus ualde conducibili.

10223. a) Sim. Starovolscii Institutorum Rei militaris libb. VIII. Amsterod. ap. L. Elzeu. 1641. 6 —

b) Nic. Vptoni de studio militari libb. IV. Ioh. de Bado Aureo tractatus de armis. Henr. Spelmanni Aspilogia Edoard. Bissaeus – nott. illastrauit. Lond. 1654. c. figg.

Volumen e plurium scriptis compositum, typis nitidissimis descriptum, tabulis aeneis ornatum elegantissimis, raro satis obuium, per omnesque partes, e quibus conflatum, ab omni labe ac macula prorsus liberum.

10224. a) Aloysii Ferdinandi Comitis Marsiglii Dissertatio epistolica de Phosphoro Minerali – iuxta Exempl. Lips. impressum Ao. 1698. reproducta edit: auct. adiecta Vers. Lat. 1702. c. figg. aen.

Exemplum optime seruatum, tituli folio excepto, quod uetustate satis puluerulentum factum. Textum non solum, uti primitus ab autore scriptus fuerat, exhibet, sed tralationem etiam latinam, illi e regione positam, et ab scientissimo Viro, Andr. Christ. Eschenbach, Prof. Publ. olim Nostrate factam non sine adcuratione tantaue, quanta fieri potuit, diligentia.

10224.b) Collection de Vues pittoresques de l'Italie dessinées d'après nature et gravées a l'eau forte a Rome par trois peintres allemands A. C. Dies, Charles Reinhart, Iaques Meçhau. Contenant LXXII. planches. Publiée a Nuremb. 1799.

Praestantissimi operis elegantissimum exemplum, quod qua arte factum, ea pariter tectum. Etenim artifices, qui suae artis principes, singulas tabulas quam elegantissime, natura ipsa duce atque magistra, aeri insculptas in publicum misere, artificii sui aeternum monumentum; bibliopegus, hac elegantia summe atque intime tactus, omni studio laborauit, tale tegumentum ut exemplo pararet nostro, quali opus artificiosissimum ipsi uideretur dignissimum. Iure igitur dicimus hocce opus praestantissimum, quod ab omni parte unicuique eorum, quorum in manus uenit, adparet primo statim adspectu artis humanae eximium documentum perpetueque mansurum.

In Quarto.

10225. Conlectio tabularum aen. elegantissimarum, in quibus omnia fere oculis subiecta, quae ad Russiae imperium pertinent, prorsus miranda.

10226.27. Histoire physique, morale, civile et politique de la Russie moderne, par MM. Le Clerc pere et Le Clerc, fils. Tom. II. a Paris 1785. Tom. III. ibid. L'an IIe de la Republique Françoise c. tabb.

Opus admodum excellens, et ut interna gaudet praestantia, sic nec externa destitutum reperitur. Eius argumentum diffusum quidem, at sic elaboratum, ut linguae elegantia, argumenti grauitate, rerum uarietate, imaginum praestantia cuiusuis lectoris talium rerum gnari et cupidi animum solida recreare ualeat laetitia uoluptateque. Tegumenta singulorum Voll. sunt splendida satis, omninoque illaesa, ut, si aliud, hoc in primis locum suum inter sumtuosa pretiosaque opera iure suo tueri posse uideatur.

10228. Mart. Martinii, Tridentini, e Soc. Ies. Sinicae Historiae Decas I. Monach. 1658. — 8

Decas I. continet Libb. X. qui in h. exemplo incorrupto omnique ex parte integro exhibentur.

10229. a) Asia s. Historia uniuersalis Asiaticarum Gentium – mixti passim sacri profanique Ritus – auct. Ioh. Bapt. Gramaye. Antuerp. 1604. 2/ —

b) Epistola chronologica ad cl. Iustum Lipsium. Qua constans añorum connexio demonstratur etc. scripta a M. Iac. Christmanno. Acc. disput. de anno – passionis Dominicae – eod. auct. Francof. 1593.

c) Epistola Iacobi Palaeologi de rebus Constantinopoli et Chii cum eo actis, lectu digna. Gedr. zu Vrsel 1594.

d) Epistola Medica, continens historiam morbi, quo Lugd. Gallorum extinctus est Wolfg. Ambros. Fabricius – perscripta a Car. Spon. Excusa Norimb. 1653.

e) Henr. Boecleri Epistola ad Amicum Argent. In fine ann. 1663. notatus.

f) Ioh. Henr. Hottingeri D. epistola responsoria ad – D. Ioh. Ionstonum: de accurata eaque gemina commentandi ratione etc.

g) Epistola gratulatoria ad Dn. Ioh. Hilpertum – a Ioh. Albrecht. Helmest. 1666.

h) Henr. Meibomii de Medicorum Historia scribendi epistola ad G. H. Velschium. Helmestad. 1669.

i) Thom. Reinesii epistolae ad Christ. Daumium – Omnia nunc primum prodeunt e museo Ioa. Andr. Bosii. Ien. 1670.

k) Cyriaci Lentuli ad Alitophilum Germanum epistola de praesentis nouae Pacis Germaniae causis Politicis. It. Aletoph. Germani – epistola responsoria. It. Cyriaci Lentuli ad Aletoph. Germani epistolam responsor. breuis regessio.

l) Sinceri Germani Epistola ad Ludou. Seldenum – qua belli Gallo Belgici momenta expenduntur.

Conlectio e uariorum, uarii argumenti sciptionibus composita, quas inter facile eminet ea, quam nos lit. i. notauimus. — Optimae conditionis Volumen.

10230. a) Genealogia od. Stam̃ - vnd Geschlecht - Register der – Könige in Schweden vnd Polen – vom Iahr 1250. bifs v:ſ jetzige Zeit continuirt – von Andr. Hildebrandt. Erstlich getr. zu Stetin 1631.

b) Entdeckung der – Irrungen, im Tractätlein, dessen Titel: Agnaten - vnd Stam̃s - Linien K. M. Gustaui Adolphi zu Schweden – von Melch. Michael – durch B. Feyrabend, Megapolit. Gedr. 1633.

c) Polnischer Koenigs - Stam̃en – Nurnb. c. Diplomate electionis S. R. M. Poloniae.

Optime seruata conlectio.

10231. Vita – Ponti De La Gardie – concinnata a Claud. Arrhenio. Lips. 1690.

10232. a) Exegesis historica – com̃emorans causas, quibus – Ordines R. Sueciae prouocati, Sigismundum III. eiusque progeniem uniuersam in omnem aeuitatem Suecano exuerunt Diademate etc. etc. Stockholm. 1620.

b) Gasp. Scioppii Consilium Regium – Acc. Stem̃a Aug. Domus Austriae – It. Classicum Belli Sacri. Ticini 1619. In fin. Papiae, ex Typographia Petr. Bartoli, 1619.

Scioppiana, in primis hae horum editiones, optime simul seruatae, in rarioribus esse censenda — quis quaeso erit, qui ignoret? Conf. Bibl. libb. rarr. uniuers.

10233. Dreyfacher Schwedischer Lor-Beer Krantz vnd Triumphirende Sieges Krohne von Gustaui Adolphi Heldenthaten etc. Leipz. 1632. c. append.

10234. a) Vencesl. Clementis Gustauidos libb. IX. Lugd. — 32.
Bat. 1632. Acc. eiusd. Clementis Miscellaneorum et Adoptiuorum libb. IV.

b) Gustauidos – Libb. tres: Poematum miscellaneorum lib. unus Ioa. Narssii. Hamb. 1632.

c) Ioa. Narssii Gustauus saucius Tragoedia. Ed. sec. Acc. Regis – Funebria, aliaqne Miscellanea, Lat. et Batauica, etc. Francof. ad Moen. 1633. c. tab. aen.

Exempla, in h. Vol. conlecta, sunt optime seruata, librique ipsi in rarioribus ponendi.

10235. Petr. Bapt. Burgi – de Bello Suecico commentarii. — 24.
Leod. 1633.

Libris tribus absoluuntur hi Commentarii, quos argumentum, narrandi ratio et typorum forma commendant. Conf. Vogt. pag. 158. Figurarum, quarum tamen Vogtius ibidem expressam facit mentionem, nihil in hoc nostro exemplo, praeter titulum figuratum.

10236. Vencesl. Clementis Excessus Augusti ad Deos — 24
Libb. III. Lugd. Bat. 1633.

Ad Gustauum Adolphum referendum hoc scriptum, cuius exemplum ualde elegans atque purissimum.

10237. Historia della S. R. M. di Christina Alessandra — 12.
Regina di Svetia etc. del Conte Galeazzo Gualdo Priorato. Modana 1656.

Exemplum rari libri optime conseruatum, tegumentoque, quali Itali utuntur, circumdatum.

10238. Brieve Relation de la vie de Christine Reyne de Suede. 1655.

10239. a) Gründliche jedoch bescheidene Deduction der — 12.
Vnschuld Hn. Ioh. Reinhold von Patkul – Leipz. 1701.

b) Rechtliches Responsum – wider den Capitain Ioh. Reinh. Patkul 1701.

c) Collectanea Livonica – 1701.

d) Echo od. rechtmäſsige Beantwortung – 1702.

Volumen optime habitum.

1. 15. 10240. a) Stam- und Geburt Register der Könige in Schweden. Stettin 1630. c. effige Gustaui Adolphi in tituli folio expressa.

b) Vrsachen, dahero Gustauus Adolphus – endlich gleichfalls gezwungen worden, mit dem Kriegsvolck in Deutschland überzusetzen, vnnd zuverrucken. Aus dem Lat. Strals. 1630.

c) Vor Augen gestellter Welt und Reichs Spiegel etc. etc. 1631.

d) Arma Suecica d. i. warhafftige Beschreibung des Kriegs – Gustauus Adolphus – wider Ferdinandum II. in Teutschland geführt – Ann. 1631.

e) Christliche Kriegs Gebett, in dem Schwedischen Feldtläger gebräuchlich, angeordnet durch Ioh. Botvidi. Gedr. im Iahr 1631.

f) Warhaffte Relation – welcher gestalt Graf Iohann von Tylli – Leipzig – erobert – Tags hernach aber von K. M. zu Schweden – widerumb eingenommen worden c. tabb.

g) Schwedisches Fern-Glaſs od. Perspectiv – gedr. 1632. c. tab. aen. titulo subiecta.

Additae his multae aliae scriptiunculae, quarum numerus fere ad triginta et supra adsurgit, quaeque omnes ad idem sese referunt argumentum. — Rarae profecto conlectionis Volumen optime seruatum.

— 43 10241. Liefländische Historia od. kurtze Beschreibung der denkwürdigsten Kriegs- und Friedens-Geschichte Esth-Lief- und Lettlandes – in fünff Büchern von Christiano Kelchen. Rudolphst. 1695.

— 48 10242. a) Steph. Ioh. Stephanii Historiae Danicae libb. II. – Op. posthumum. Sorae 1650.

b) Iac. Vlfeldii – Legatio Moscovitica s. Hodoeporicon Ruthenicum – Access. Cl. Chrstph. Lyschandri – epistolae de auctore h. opusculi: nec non

figg. in aes incisae a Ioh. Theod. de Bry. Omnia simul edita ex bibl. et stud. Melch. Goldasti Heiminsfeldii. Francof. 1627.

c) Crymogaea s. Rerum Islandicarum libb. III. per Arngrimum Ionam, Island. Hamb. 1610.

d) Eiusd. Anatome Blefkeniana. Hamb. 1613.

e) Mare Balticum i. e. histor. deductio, utri Regum Daniaene an Poloniae praedictum mare – asserente – ipsa nunquam fallibili natura se desponsatum fateatur – anr. 1638.

Conlectio libellorum non admodum frequentium non negligenda, cuius singula exempla pura et seruata optime inueniuntur.

10243. a) Tarich h. e. series Regum Persiae – omnia ex fide MSpti Voluminis – quod a Turcis ex Archivo Fillekensi – primus in Germaniam inuexit Vit. Marchtaler – c. Commentar. ex Arab. et Hebraeorum libb. aliquibus non editis – lat. – et indd. auth. Wilh. Schikardo. Tubing. 1628. 1. —

b) Historiae Saracenicae libb. III. – arab. olim exarata a G. Elmacino – lat. reddita stud. Thom. Erpenii. Lugd. Bat. 1625.

c) Consideratio legis et sectae Saracenorum. Tubing. 1619.

In hoc Volumine iuncta scripta satis infrequenter obuia, harum rerum curiosis in pretio semper habita. — Exempla singula puritatis omnimodae encomio insignienda.

10244. Annales Arsacidarum auct. Ludou. du Four de Longuere Argent. 1732. — 12.

Libellus rarior nec negligendus, cuius exemplum optime seruatum reperitur.

10245. a) Enarratio causarum, ob quas Dn. Carolus Gustauus – coactus est Regem Poloniae bello adoriri. Helmst. 1656. c. al. ad hoc argumentum pertinentibus. — 30.

b) Vrsachen, warum K. M. zu Hung. und Böheimb verursachet worden Dero Völker ins Königreich Pohlen dem König - und Land ein Hulffe zu schicken. Gedr. 1658.

c) Friedens-Vertrag zwischen Königin Christina - u. Christian dem Vierdten - Stetin 1645.

d) Ius feciale armatae Daniae Nebenst kurtzem Entwurff vieler - Bewegnüssen, dadurch K. Dan. Maytt: König Carll Gustaffen und der Cron Schweden - offenbahre Fehde zu Wasser und Lande - anzukündigen - Kopenh. 1657.

e) Speculum fidei Danicae et perfidiae Suedicae c. notulis aliquot mscpt. marginalibus 1659.

f) Gundaeus Baubator Danicus s. Examen nugarum atque calumniarum quas Senator Regni Daniae Gundaeus Rosenkrantz de detentione Legati Suedici - spargit - Amstelred. 1659.

g) Dissertatio iurid. politica de Legato - Suecico durante obsidione Hafniensi a Rege Daniae iure detento. Auth. G. R. K. i. e. Gund. Rosenkrantz. Ann. 1659.

h) Consilium rationis status oder treu - geheimer Rathschlag unter den Hiṁlischen Influentz-Göttern, über jetzigen Zustand in Europa, auſs den Alten Reichs-Protocollen, vnd andern verübten Actis Publicis. Mercuriopoli, Ann. 1658.

i) Discursus super oratione Dnn. Legatorum Danicorum habita in Consessu Dnn. Ordinum Generalium Faederati Belgii Hagae-Comitis ann. 1660.

k) Idea Anglicana oder politische Erklärung - über K. Caroli Stuardi Hinrichtung - Getr. 1656.

l) Kurtze Beschreibung des Lebens der Königin Christinen aus Schweden. Erstlich in Frantzös. und Niederländischer Sprache beschrieben. Gedr. 1556.

m) Manifeste de Ms. Hierosme de Radzieiovvic Radzieiowski Vice Cancelier de Pologne -

Volumen ualde compositum uariis ex scriptionibus, magnam partem nostra aetate satis infrequentibus ac ra-

ris, ex quibus quasdam tantum notare, reliquas sine notatione dimittere uoluimus, existimantes, tempori chartaeque esse parcendum, nec describenda talia, quae rerum peritis certe nota, aliisue omnibus incognita nec expetenda uideantur. Numerus singularum scriptionum, in hoc Vol. contentorum ad 35. adsurgit. Conlectio bene seruata.

10246. a) Historische Einleitung zu dem jetzigen Krieg in Norden – nebst den vornehmsten letzteren Friedens-Schlüssen des XVII. Sec. Franckf. u. Leipz. 1710. c. tabb. — 24.

b) Iusta Gustaviana d. i. christliche Klag- vnd Ehren Predigt auf Gustav Adolph II. – in der Schloſs-Kirchen zu Wolgast 1633. gehalten durch Iac. Fabricium.

10247.. Een kort och nyttigh Chrönica – Konung Gustaf Adolph – sampt en Oration – Af Petro Petreio, Vbsaliensi. Tryckt i Stockholm hoos Ignat. Meurer, Ahr 1614. — 38

